

Illm^o Princeps Rom^e Praesul. Dn^e Dn^e Clement^{iss}ime,

Mandavit mihi benignissime Illm^a ac Rom^a C. V. ut Eidem recte & clare officij Magistri equitum ad quod vocor, rationem explicem, mentemq; meam de illo gerendo aperiam; quod quidem facio demississime; ac omnia necessaria his breuissime consigno, humillime Illm^a ac Rom^a C. V. orans, quatenus luculentam hanc subiectissimae ac paratissimae erga Illm^o ac Rom^a C. V. voluntatis meae significationem, ea qua solet genuina sua Clementia complecti dignetur.

- 1^o. Ut supremus equitum Magister & habeat & dicat, cum eam dignitatem Di. Rodolphus Romanorum Imperator mihi honestissime de causis benignissime fauerit & contulerit,
- 2^o. Ut omnibus Equitibus tam Epalibus quam Capitularibus, absolute iure militari siue Imperatorio, imperem.
- 3^o. Ut nullus praeter Illm^o ac Rom^a C. V. V. Caplm^o Varmien^o ac status huius Patriae, imperium in me habeat.
- 4^o. Ut eidem muneri perpetuo, quoad quidem vita haec mihi comes fuerit, praeficiar; ad exemplum eorum, qui in Ducatu nobis proximo ad eum dignitatis gradum euebuntur, continuo eo functuri. Si enim saltem in annum vel alterum officium hoc se extenderet, vereor, ut maiora sint stipendijs impendia.
- 5^o. Ut mihi trecenti floreni aeris polonici annuatim pendantur, in equos quatuor; addaturq; Lasta vna brasiei, 20. mod. siliginis, duo boues & singulis diebus carnis pruij necessarij pisces, ut ita status meo dignam habeam alimoniam.
- 6^o. Ut mihi ea muneris functio Illm^o ac Rom^a C. V. & V. Capti Varmien^o literis & sigillis confirmetur, & solidetur.
- 7^o. Ut si quando, quod absit, in hostem huius Patriae mouendum foret, mihi alia extraordinaria pensio, praeter illam superiorem ordinariam, assignetur.
- 8^o. Ut si, praeter eum exercitum, quem haec Patria in sui salutem defensionem, alius scribendus erit miles, munus hoc peres me, tanqua

alijs potiore sit, & maneat.

9°

Vt si fortè quando, quod supremum auertat Numen, hæc Patria tumultu hostico turbetur, & quatiatur, mihi in subsidium vnus ac alter addatur Tribunus militum, necnon ceteri militia officij, graue enim & onerosum est, vni, præsertim in ardore prælij, vel præse, vel adesse omnibus.

10°

Spondeo ad hæc vniuersum huius Patriæ Equitatum, quaternis per annum lustrationibus, in eum me ~~reducturum~~ ordinem, eaq; instructurum disciplina militari, vt non solum Illm^o ac Rm^o C. V. gratum sit futurum, sed etiam toti huic Prouincia salutare. Et hæc quidem ad benignissimam Illm^o ac Rm^o C. V. voluntatem, existimaui breuissimè exponen[?] omniaq; iudicio & censura Eiusdem humilimè subijcienda. Cui me totum demissimè commendo ac deuoueo. s.

Illm^o ac Rm^o C. V.

Humilimus & promptissimus
Substitutus.

Martinus Demersky.